







PROPEMPTICA

Quibus

Præstantissimum ac Ordinissimum Virum

D. VALENTINUM PERACK

Capitaneum Pannoniarum

Habens Templi Academiarum Wirtebergensis, quæ

est ad Arcem Carotem, hunc Scholæ Wirtebergensis in sequenti

Hungariæ Superioris degenant

Rectorem

Alma Wirtebergensi Academia

admiramur

honoriis præferebantur

Optimo merito D. Peracki, Praeceptoris, Praeceptoris, Praeceptoris

in V. C. Universitatibus degenant

M. februarii Anno Christi 1621

—————

Typis Johannis Röhneri Acad. Typogr.





*Præstantissimo atq; Pereximio*

**DN. VALENTINO PERACK**

Capronsenſi Pannonio in Patriam redituro, fideliffimo  
hactenus Templi Academici Witteberg:  
Cantori, Amico Dilecto.

**H**actenus Albiaco gnavum tua Muſa Lyceò  
Præſtitit officium, voce fideq; pari  
Nunc patrias repetis felici ſidere terras,  
Sed meliorq; redis cultus & arte domum:  
Scilicet ingenij præclaris dotibus auctus,  
Inſtructus linguis, moribus exi mijs.  
Sic bene, ſic patrijs te dignum reddimus aris.  
Ito bonis fatiſ. vive valeq; diu.

*fauſta quæq; apprecatus ſcribebat*

**Johannes Scharſius Theol.**

D. Prof. P. & c. & h. t. Acad. Rector.

*Præſtantiffimo & Literatiſſimo*

**Dn. VALENTINO PERACK Pannonio**

in Patriam ad Rectoratum Scholæ Varalienſis  
evocato.

**P**annonie pubem plusquam tria luſtra recordor  
Et gnavam & gratam pendere docentis ab ore,  
Ad Varnum, ad Bregle tunc limpida flumina, at cheu  
Turbida jam nimium! quæ Vitrea Viſtula lambit  
Emporium Princeps, gens undiq; veſtra fluebat  
Gens vivos ſitiens. fontes Iſraelis, & undas  
Regalias: Noſter talis PERACKUS ad Albim,  
Qui dignus templum cantando animare LUTHERI,

A 2

Dignus,

Dignus, cui fasces & munia credere ludi  
Patria non dubitet. *Sparta Deus annue summe,*  
*Successus largire bonos, fructusq; laborum,*  
*Premia nec desint, benedictio larga sequatur!*

*vovebat animo benevolo*

Abraham Calovius, D. Prof.

Publ. Confist. Eccles. Circuli Elector.  
Witteberg. Adfessor,

**D**um repetis patrias, charissima nomina, sedes,  
Et cupis Hungariae recta subire tuæ;  
Opto tibi faustum reditum, tibi grator honores  
Quos dotes animi promeruerè tui.  
Vade bonis avibus, Christo duce & auspice Christo,  
Hic tibi sit dubia duxq; comesq; via.  
At tu læta tuum cupide terra Hungara civem  
Excipe, quem mittit Leucoris alma tibi.

*f. omnem prosperitatem apprecatus*

Johannes Meisnerus SS. Theol. D.

ejusq; Prof. Publ.

**H**ic ordo rerum est, addiscere pulchra, deinde  
Docere quæ rectè tenes:  
Et patriam in primis: hoc jus sibi scilicet in nos,  
Et non iniquè, vindicat.  
Quid PERACI facies? Patriæ concede vocanti,  
Et sparge thesauros tuos.  
Sit satis Aonios flores legisse per hortos,  
Nunc mella prome de favis.

Augustus Buchnerus.

**T**urgida vena quibus graviore carmine promant,  
Quæ labor immensus, quæ pietas meruit.  
Ast ego vota feram: Patriæq; Tibiq; Tuisq;  
Profus, & factis præmia digna feras.

Johannes Sperling P. P.

Ue

**U**T probus in vita semper, studiisq; fuisti  
Sedulus, à nobis sic quoq; doctus abis.  
Hinc precor ex animo, sint ut quoq; prospera cuncta  
Partibus in reliquis omnibus officij.

*Amico & benevolo animo*

f.

Christophorus Nottnagel

P. P.

**D**ulce solum patriæ est, veteres seu cernis aristas,  
Seu juvet ex ortu cuncta putare suo.  
Hanc sequeris prudens, similiq; incensus amore  
Ingredèris longam retrò, PERACE, viam.  
Felix quem largo Witeberga amplexa favore est:  
Felix post Pindum quem patria ipsa manet.

M. Joh: Ericus Ostermannus

P. P.

**L**ucoreas sedes dum linquis amice PERAKI,  
Ac patrium gestis visere, chare, solum:  
Euge age saluus abi quando non lentus alumnus  
Aonidum fueris: quod tua Musa doceat.

JOVA tuis adsit cœptis, dei munere fungi  
Oblato sortis prosperioris ope.

*ita voveb. ταχιστα*

*בלה לב ולב*

Andreas Sennertus Sanct.

& Or. LL. P. P.

**U**ngaria repetis fines, doctissime PERAK  
Auxit ubi multis te Witeberga bonis.

Teutonia nostras venisti pauper in oras;

Nunc variâ Croeso ditior arte redis.

Nam se Pierides passim comitantur euntem,

Cum pietate fides, candor & integritas.

A 3

Quem

*Quem bona, dicitur felix mihi, tanta sequuntur;  
His etenim nulla fraude perire potest.*

Michael VVendelerus  
D. & P. P.

*Ite bonis avibus veteres iussere profectum  
Res manet & perit vox maledicta modi.  
Nos Domino meliore sati meliora precamur  
A quo felici munere laetus abi.*

M. Christianus Trentschius  
L. & Metaph. P. P.

*Hactenus exculta cecinisti, Docte PERACKI,  
Leucoridi passâ voce, Deoq; tuo;  
Non meliora ratus libari Sacra Jehova,  
Quam quae de toto Musica corde fluit.  
Nunc felix discede, tuosq; revise doceq;  
Pannonios, & rom posteritatis age.*

M. Samuel Pomarius,  
Coll. Philos. Adjunctus.

*Hactenus assidue coluisti, docte PERACKI  
Musas, cui pietas optima cura fuit.  
Patria Te revocat, promittit munia; Namq;  
Sic compensatur cum pietate labor.  
Ipede felici, benedictio dia secundet  
Quicquid agis; Cingat sancta caterva viam.*

*ita ex animo pr.*

M. Johannes Weis  
Hennaco Thur.

*Sic juvat ingenij totos intendere nervos,  
Addere noctem operi, varios tolerare labores  
Fortiter, haud unis traducere sedibus ævum.*

Uc

Ut patriæ inservire queas bene, cultus & arte  
Pannonios campos dulcemq; invisere terram.  
Inunc quo te Jova vocat, vocat Hungara tellus  
I pede felici, Deus omnia cœpta secundet.

*Prolixissimi affectus, testandi causa  
paucâ hac exordia se felicissima qua-  
vis apprecatus*

M. Christianus Bornitius

Wurzenâ Misnicus.

Dum Patriam repetis, sic disponente Jhovâ,  
Musa rogata jubet fundere vota tibi.  
I, Bone, quò tua Te Virtus vocat, I pede fausto  
Sit DEUS officii, finis & alpha tui.

*Per exiguo hoc est voto verè devoto abitis-  
rientem suum Conterraneum semper ama-  
tum atq; amandum gratulab. prosequitur*

Christophorus Melchioris de Zuannâ

Sempronio Hungarus.

Quæ tua, PERACKI, Pietas, solertia quæ sit,  
noverunt Patriæ Patres: hinc munia grata  
committunt summumq; palam testantur amorem  
Sit constans amor hic, Jova sit Gratia tecum  
sentiât & latos semper tua Patria fructus!

*ὀλοκαρδίως νορεβ.*

Johannes Georgius Graff

Leurschaehio-Syrus.

I pede felici quò Te Tua patria, quò Te,  
dulcis PERACKI, summus Jova vocat.  
Fortunet cunctos, quos jam meditare labores  
hos quò suscipias qui jubet ipse DEUS.

*Ita animitus νορεβ*

Gottfridus Graff Pincafeldensis

Austriæ LL studiosus.

I quò fata jubent lætus, peramandè PERACKI,  
I pede inoffenso, quò vocat ipse DEUS!  
Nes flammata cohors cingat radiantibus alis,  
Ut patriæ Teeum tecta subire queam.

*Ita vovet*

*Svarissimo multumq; dilectiss. suo*

*Comiti cordicitus,*

Johannes Kotay Cassoviâ-Hung.

*S. S. Theol. Stud.*

O Deus astripotens, Sol, spes, requiesq; piorum,  
Instrue, quæso, bonis hunc pietate Virum.  
Quem studiis clarum celebris Witeberga remittit,  
Ut Patriæ nostræ commoda mille ferat.

*Ita*

*devotâ mente prec.*

Georgius Gaudii Ugroczeno-

*Pannonius.*

E tenebris veluti jucundò Phosphorus igne  
Promicat, atq; ortum Solis, in orbe præt,  
Sic micet Hungaricis Perakî lumen in oris  
Illius & Virtus pervolet ora Virum.  
Et quia discedis linquens cum laude Lyceum  
In quo Lutheri dogmata prima vigent,  
Nil nisi fausta, magis fausta, & faustissima Mensa  
Nostra tibi expotat, *Sospes ad Patriam.*

*Collega hæctenus suo & Amico fide-  
lissimo amoris, gratiâ*

*f.*

Johannes Cammerhofius

*Embecâ Brunsv. Templi Witteb.*

*ad arcem h. t. Cantor.*

*Ita*

**I**To bonis avibus, quo Te vocat ardua Virtus:  
 Ito, inquam, corpus conseptus caelite turba.  
 Ecce vocant Rector Supremus & Inclita Pallas.  
 Quid necit remoras? Ito, tardasse piaculum est.  
 Adde: vocant natale solum, Patriq; Penates.  
 Adde: vocant Patriæ dudum Te comoda Pubis.  
 Ito igitur. Debetur Amor natalibus arvis  
 I, debetur honos. Illic insigere tandem,  
 Fas, hastam, Clariasq; alios formare per artes.  
 Fas ibi, in umbrosis quæ sita cubilibus olim  
 Musarum dona, in lucem producere clamam,  
 Et varios Patriæ transfundere Pubis in usus.  
 Nil terra abstrusum sinibus mihi conferat aurum:  
 Nil lumen tectum: Nil fons in origine torpens  
 Obstruclâ. Ergò tuas properas exponere Dotes:  
 Ergò tuam luci properas exponere lucem  
 Ergò cui patulâ fluent in origine fontes.  
 O nimium felix animi, qui munus obire  
 Oblatum haud renuis: Munus, quo sanctius ullum,  
 Nec magis est durum: Munus, quo ritè tenellos  
 Corycidum singas pullos, & ad optima formes.  
 Ito ergo, ito: Sisq; tuis Popularibus aurum:  
 Sis lumen: patulâ Sis fons in origine manans.  
 Ito, inquam, corpus conseptus caelite turba.

Daniel Tiefftrunc

Bettefeldâ Saxo.

**S**cilicet Si studijs meriti traduntur honores  
 Cœlitus in Patria dulcis Amice Tibi.  
 Omnis alit tellus virtutem, prospicit unus  
 Omnibus & solus qui regit astra Deus.  
 Hic sistat Patriæ Te sanum, sistat Alumnis  
 Te Doctum. Maneant omnia fausta Tibi!

Quod auroxedioc Eruditissimo suo Amico  
 ac Fautori apprecatur

Leonhardus Ulricus Buronerus

Augustâ-Vindelicus.

B

Miraris

**M**iraris factum? in factis Deus ille stupendus,  
 Cum tu nescires, DEUS omnia noverat ante:  
 Cum non sperares, media ille paraverat aptè.  
 Functio defertur patriis tibi muneris oris:  
 Ito, bonis linguis teneras mentesq; juventæ  
 Moribus informa, tua quæ super æthera tollent  
 Nomina, quæ referent olim benefacta per orbem.  
 Ito, memor nostri quoq; vive: En condita corde  
 Hæc vigeant monumenta, nec ulla obliteret ætas.  
 Salvus abi, DEUS esto comes, comes esto caterva  
 Sancta. esto dextræ finis dicendo VALETO.

*ὄψις τῆς τοῦ ἁγίου πνεύματος  
 χάριτος ἐργὸν ἰταῦτα*

**Johan. Gobius Jottpronensis**  
 Pannonius.

**A**onidum cultrix & amatrix patria tellus,  
 Externas cum te quondam misisset in oras,  
 Ad discedentem tunc talia verba locuta est:  
 I dulcis suboles, DEUS ab tua capta secundet.  
 Noscens Leucoreis bene te certasse Camænis,  
 Nunc revocat. Cujus jussis parere paratus,  
 Prendis iter. Felix faustumq; id faxit Iova,  
 Ut redeas patriæ optatus cum fœnore multo.

**Nicolaus Schlachticius**  
 Reichvvald. Siles.

**S**udorem quia largiter  
*Sudasti vigilans, & sine lineâ*  
 Nullam passus es horulam,  
*Pigrum morte mori: Leucoris Augures*  
 Intev dum sapientiam  
*Divorum ac hominum colligeres tibi*  
 Poraki juvenum deus;  
*Dulcis pectoris ac pars studii mei.*  
 Jam nunc digna laboribus  
*Protantis DEUS offert sua munera*

Hand

*Hanc spartam tibi scilicet  
In terrâ patriâ sidere sub bono.  
Quam felix cito cernere  
Ut possis, precor, ac absq; periculo  
Omni, possideas diu,  
Supremi faciat gratia Numinis.*

Daniel Neckl Teutopronâ  
Hungarus.

Valentinus Perack Hungarus haftenus  
Templi Academici ad Arcem Wirtembergæ Cantor: jam  
designatus Scholæ Waraliensis Rector:

*αὐτογενναὶ ἱερὸν*  
CHRISTUS SALVATOR cui est Ecclesiâ curæ  
Jam varia annectens hūic commoda mille benignè:  
Te regat! adportes PATRIÆ nunc gaudia RURSUS!  
*devota mente apponere L. M. q;  
volebat*

Zacharias Kalinkius Rosnbergâ  
Pannonius.

U T Patriam salvus repetas & commoda tecum  
Mille vehas, toto pectore, Amice, precor.

Johannes Hrabskius  
Radvvano-Pannonius.

J Am tua Te Pietas tollit, TE digna laboris  
Præmia consumti magna cum laude coronant.  
Patria namq; sibi TE polcit, dulcis Amice,  
RECTOREM, & juvenes arrectis auribus adstant  
capturi dotes animi queis Leucoris alma  
Te bene munitum patrias dimittit ad oras.  
Res bona, dum sequeris Fatum, patriæq; libenter,  
Inservis, quondam Te sic fecisse juvabit.  
Hanc grator spartam, Tibi sit cum corpore firmo  
Mens læta, ut felix commisso in munere vivas,  
Sicq; scholam Patriæ decores in Nestoris annis!

Johannes Müller Plaviâ-Variscus

**V**ade; vocatus abis, patrias feliciter oras  
Offendas, voveo dulcis amice tibi.  
Vive valeq; diu, Perack doctissime, perge  
Utilis esse Scholis, Utilis esse foro.

Casparus Janosch Schwvadlerin<sup>o</sup>. Ungarus.

**C**ur sedes patrias tandem repetendo Sophorum  
Nunc praefers monti? sorduit ille tibi?  
Non reor hoc: patriæ posthac prodesse laboras,  
Praeprimis soli cui, puto, natus eras.  
Angelico stipatus eas consorte, PERAKI,  
Et committendum sic benè pasce Chorum.

*ἡθελιάζων ἠρροσῆιτ*

David Spilenberger Leutschovia-Ungarus.

**A**lmam Leucoream linqvis dilecte Peracki,  
Ut Patriæ prosis, quæ te desiderat, optat.  
Ergò carpe viam, quam fata benigna revelant:  
Sicq; favente Deo, spartam quam nactus adorna.  
Ito! te Domini ex alto comitetur acervus  
Angelicus, tandem videat te Patria saluum.

Jesaias Fabricius Teuto-Lipschâ-Pannonius.

*ἄσῆα ῑοτιῑῑῑ,*

**I**ncolumis patrias possis ut cernere terras;  
Hæc tibi vota lito, pectore & ore simul.  
Te Deus indemnem discrimine servet ab omni,  
Atq; animæ custos adsit ubiq; tuæ.

**A**ligeri Comites tueantur temet, & illuc  
Perducant saluum! Vive valeq; diu.

*Observantia & gratæ recordationis causâ, continnatum à*

Johanne Hantzelio Brisnâ-Pannonio.

**S**iccine jam properas istis valedicere terris,  
Et Patriæ dulcis, tecta subire cupis?  
I pede felici, cum te DEUS avocet ipse,  
Pannoniæ ut nostræ, commoda multa feras.  
Te DEUS omnipotens ducat, regat, atq; gubernet,  
Susceptumq; tibi prosperet istud iter.

*ὀλοκαρδίως ῑοῑεβατ*

Georgius Simonides Pannonius.

Umg. VI 6

ULB Halle

3


005 905 370



VD 77







B.I.G.

Farbkarte #13



habo III. 1792 125

TICA,  
 natissimum Virum  
**UM PERACK**  
 Pannonium,  
 e Wittebergensis, quod  
 olæ Waraliensis in Scepusio  
 s designatum  
 n,  
 enfi Academia  
 m,  
 quebantur,  
 otores, *Fautores, Amici*  
 bitem degentes,  
 hristi clō lōc LI.

eri Acad. Typogr.

